

NvK an Martin V. (Supplik). Bitte um Änderung eines Statuts von St. Florin.

Kop. (gleichzeitig): ROM, *Arch. Vat., Reg. Suppl.* 262 f. 43^r–44^r.

Druck: Meuthen, *Pfründen* 63f.

Erw.: Fink, *Repertorium Germanicum IV* 2844; Meuthen, *Pfründen* 28; Diederich, *St. Florin* 89f.

Licet decanatus ecclesie sancti Florini de Confluencia Treuerensis diocesis dignitas inibi non tamen principalis existat eiusque occasione decanus ipsius ecclesie pro tempore existens regimen et curam divini cultus in eadem gerere aliaque diversa habeat onera supportare, ipse tamen decanus, nisi in dicta ecclesia canonicus prebendatus et capitularis existat ac certos annos post adeptam suorum canonicatus et prebende possessionem quoad illorum fructuum perceptionem iuxta statuta et consuetudines prefate ecclesie expectaverit, ad capitulares actus et tractatus, preterquam cum de disciplina et correctione personarum ipsius ecclesie agitur, statutis et consuetudinibus eisdem obsistentibus non admittitur nec illis potest interesse.²⁾ Unde ipsius decanus, qui caput capituli esse consuevit, honori, dignitati et statui non modicum detrahitur dictaque ecclesia verisimiliter plurima patitur detrimenta. Verum, p. s., si canonicatus et prebenda dicte ecclesie, quos devotus vester Nicolaus de Cusa illius decanus et decretorum doctor annis expectancie sibi eorum occasione, ut premittitur, incumbentibus nondum elapsis obtinet quosque ad finem et effectum huiusmodi resignare proponit, dicto decanatu cum condicione et ordinatione, quod Nicolaus predictus exnunc sui que successores dicte ecclesie decani post adeptam possessionem pacificam decanatus eiusdem eo ipso canonici capitulares reputentur et sint ac prout alius canonicus capitularis integre eorundem canonicatus et prebende, absque eo quod per aliquod tempus expectent, fructus percipere debeant, uniretur et incorporaretur, ex hoc decani pro tempore existentis huiusmodi statui et dignitati decenter crederetur esse provisum ipseque divinis officiis commodius intendere dictaque onera facilius supportare valeret. Supplicat igitur s. v. dictus Nicolaus, quatenus premissis attentis, resignacionem huiusmodi admittentes sive admitti mandantes, canonicatum et prebendam predictos, quorum decem, cum per resignacionem huiusmodi vacaverint, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis decanatu prefato, cuius tredecim marcharum argenti fructus etc. communi extimacione salarium annuum non excedunt, sub condicione et ordinatione premissis perpetuo incorporare, annectere et unire dignemini, decernentes et statuentes, quod Nicolaus et successores prefati eorum canonicatus et prebende possessione per eos apprehensa dicte ecclesie canonici capitulares eo ipso sint et censeantur nec aliquid, ut premittitur, expectare habeant, sed prout alii ipsius ecclesie canonici capitulares singulis actibus et tractatibus interesse suorumque canonicatum et prebendarum fructus etc. cum integritate percipere possint et debeant de gracia speciali. . . — *Martin V. billigt durch Fiat mit dem Zusatz:* de consensu.

¹⁾ *Datum der Billigung.*

²⁾ *In einer Statutensammlung von St. Florin (1. H. 15. Jb.; KOBLENZ, StA, 112, 1360 f. 3^v) heißt es: quod soli canonici prebendati actu in decanum, scolasticum, cantorem et custodem recipere.*

Instrumentierte Kundmachung des Notars Gudemannus de Sobyrynheim über die Appellation des Trierer Elekten Ulricus gegen die angebliche Provision des Bischofs Rabanus von Speyer mit dem Erzbistum Trier. Die Appellation ist wörtlich eingerückt. NvK als Zeuge.

Kop. (gleichzeitig): FRANKFURT, *Stadtarchiv, Reichssachen, Nachträge* 1265 (= F), von Ulrich mit Begleitschreiben von 1430 XI 17 an die Stadt Frankfurt übersandt (die entsprechende Abschrift an die Stadt Köln von 1430 XI 18 liegt dem Begleitschreiben in KÖLN, *Hist. Arch. d. Stadt, Köln und das Reich B* 383, nicht mehr bei); vgl. dazu Meuthen, *Trierer Schisma* 83 Anm. 156.

ROM, *Bibl. Vat., Ottobon. lat.* 2745 f. 218^r–219^v (= O).

PARIS, *Bibl. Nat., lat.* 1515 f. 220^r–221^v (ab Z. 106 veris von der Hand des Job Vener; vgl. zu diesem unten Nr. 81) (= P₁).

PARIS a.a.O. f. 223^r–224^v mit anschließender Kopie eines Begleitschreibens Ulrichs von 1430 XI 17 (= P₂).

KOBLENZ, StA, 1 A 7089, Insert in Instrument des Gudemannus von 1431 I 20 anlässlich der zweiten Appellation Ulrichs gegen die Provision vom Papste an das bevorstehende Konzil, inseriert in einer von Raban veranlaßten Kundmachung des Johannes de Indagine, Stellvertreters des Koblenzer Offiziäls, von 1437 IV 26 (= K).

Erw.: Goerz, Regesten 160; Uebinger, Philos. Jahrbuch XIX 465; Vansteenberghe 53; Meuthen, Laie 112; Meuthen, Trierer Schisma 11 Nr. 7, 76, 81-83, 129.

Die Appellation erfolgt in Gegenwart des Notars und der Zeugen magister Nicolaus de Cusa, decr. doct., Fredericus de Dudelendorff, utr. iur. lic. und Offizial der Trierer Kurie, und Hartmannus de Confluentia, Kanoniker an St. Kastor ebendort.

Abgesehen von K fehlt die Instrumentierung in den genannten Kopien. Im folgenden wird nur der Text der Appellation geboten.

Am engsten zusammen hängen die Kopien O und P₁, mit denen auch P₂ oft übereinstimmt; es handelt sich um Überlieferung, die im Besitz der Speyrer Seite war (s. dazu auch unten Nr. 81). P₂ geht aber auch deutlich mit der Frankfurter Überlieferung F zusammen, während K ziemlich isoliert steht.

Schon Vansteenberghe 53 vermutete, daß die Appellation zumindest inhaltlich durch NuK bestimmt ist. Diese Vermutung wird durch die inzwischen bekanntgewordenen Quellen bekräftigt, die Zeugnis von der führenden geistigen Rolle des NuK als Sekretär und Kanzler Ulrichs in der Auseinandersetzung mit Raban geben. Vgl. dazu die zahlreichen folgenden Stücke. Wie weit allerdings die wörtliche Formulierung der Wittlicher Appellation auf NuK zurückgeht, kann nicht entschieden werden. Für das Verständnis der im folgenden wiedergegebenen Aktenstücke im Streit um Trier ist die Wittlicher Appellation jedenfalls unerlässlich.

Coram te notario et testibus hic presentibus fidedignis subscriptis ego Vlricus de Mandelscheyt dei gracia electus Treuerensis animo provocandi et appellandi ecclesie Treuerensis et meo ac omnium aliorum michi adherencium et adherere volencium nominibus contra et adversus reverendum dominum Rabanum episcopum Spirensem ac quoscumque alios sua interesse credentes ac sibi adherentes propono et dico in hiis scriptis: 5

Quod, licet quondam per obitum pie memorie domini Ottonis archiepiscopi Treuerensis capitulum ecclesie Treuerensis ad electionem futuri processisset pontificis honorabilem dominum Iacobum de Sirck antedictae ecclesie scolasticum eligendo¹⁾, qui tamen electioni de se facte sponte et voluntarie ac efficaciter renunciavit²⁾, post quam quidem renunciacionem modo, ut premittitur, factam decanus et capitulum ecclesie prefate capitulariter congregati infra iuris terminum ac iuxta potestatem sibi a iure traditam denuo, tamen multis maturis tractatibus precedentibus ac iurisperitorum freti consiliis, considerata summa ecclesie et patrie necessitate ad electionem per viam compromissi rite et debite iuris forma servata processissent ac me unanimi consensu, licet indignum, elegissent³⁾ sicque ecclesie regimen et patrie defensionem michi commisissent⁴⁾, civitatum, opidorum, castrorum et villarum tocisque ecclesie et domini spiritualis et temporalis possessionem conse- 15

1 notario: notario publico K Vlricus: Vdalricus KP₂ Mandelscheyt: Mandelscheyt P₂ Mandelscheide OP₁ Manderscheit K 2 ac: et OP₁P₂ 3 aliorum fehlt K 4 ac(1): et OP₁ ac(2) fehlt K 5 propono et dico: dico et propono K 7 futuri über der Zeile ergänzt (von Vener?) P₁ 8 Sirck: Sircke P₂ antedictae: dictae OP₁ 9 ac: et K 11 traditam: concessam K maturis fehlt K 12 consiliis: concilliis K 13 rite et debite: rata et debita K rite et debita P₂ licet: quamvis K 14 regimen et: regimine OP₁P₂ 14-15 opidorum — et(1): opidorum castrorum K castrorum opidorum et FP₂ tocisque: tocus FOP₁P₂

¹⁾ 1430 II 27. Er erhielt 11 Stimmen, 2 fielen auf Ulrich. Darauf wandten sich beide um Bestätigung an die Kurie. Vgl. Meuthen, Trierer Schisma 58ff., und Nr. 81 Z.4f.

²⁾ Wahrscheinlich 1430 VII 8. Der Verzicht wurde von Jakobs Vater Arnold von Sierck ausgesprochen. Vgl. dazu Meuthen, Trierer Schisma 66-69, und unten Nr. 81 Z. 10f.

³⁾ 1430 IX 10; vgl. Nr. 78.

⁴⁾ Nach anderen Quellen (s. Meuthen, Trierer Schisma 69f., und unten Nr. 81 Z.19) wurde er aber schon vor der Wahl von 1430 IX 10 vom Trierer Kapitel den Klerikern und Laien als dominus Treuerensis "präsenziert". Das dafür bei Meuthen 69 Anm. 82 erschlossene Datum "frühestens 1430 VII 16" kann nach Nr. 81 Z.23 jetzt genau angegeben werden: 1430 VII 25. Seitdem habe er jenen Titel, bzw. den Titel herr des styffts geführt. Auf einer neuerlichen Ständeversammlung zu Kobern, ebenfalls noch vor der Wahl, wurde ihm der Titel gubernator (wohl identisch mit der Angabe administrator in Nr. 81 Z.33) ecclesie Treuerensis bzw. momper und varweser des styffts übertragen.

cutus iuste et rite dudum fuissem iuramentumque fidelitatis nobiles et ignobiles dyocesis Treuerensis subiecti prestitissent ac ego multis, que longum enarrare foret, pensatis, tamen precipue ecclesie Treuerensis salute, omnium tam nobilium quam ignobilium singulari affectione, quam singuli ad me gerebant, confisus, eapropter posse proficere et utiliter preesse, huiusmodi electionem de
 20 me factam approbassem et ratificassem, et quamquam apud omnes intelligentes iuxta ius divinum, naturale, scriptum et non scriptum nullus hesitet, quin post huiusmodi, ut premittitur, resignationem ac renunciacionem prime electionis de prelibato domino Iacobo factam potestas prefata denuo eligendi apud decanum et capitulum fuerit, ut prefertur, iuris eciam est et equitatis, quod sancta sedes apostolica de gremio ecclesiarum rite et legitime electos fovere et defensare deberet,
 25 quemadmodum in ecclesia Treuerensi a principio fidei et a tanto tempore, de cuius contrario non est memoria hominum, fieri semper consuevit. Numquam enim sedes apostolica a clero et populo electum pro archiepiscopo prefate sedis repulit, sed semper equitate suadente prefecit et confirmavit.

Tamen hodie vaga quadam relacione ad mei devenit noticiam, quomodo sanctissimus dominus noster papa non cassata electione, ut premittitur, de me facta ac potestate eorum infirmata, qui
 30 me eligere potuerunt et eligerunt, quandam translacionem de reverendo domino episcopo Spirensi ad ecclesiam Treuerensem dicitur fecisse⁵⁾, licet inutiliter atque de facto et nulliter, ut spero, eciam si capitulum Treuerense per sanctissimum dominum nostrum papam fuisset eligendi potestate privatum, de qua tamen privacione minime constat.

Ex causis tamen hic infra insertis clare liquet huiusmodi translacionem surrepticiam et obrepticam
 35 fore et dominum nostrum papam sanctissimum in huiusmodi translacionis negocio male informatum, qui, si bene informatus fuisset, huiusmodi translacionem in preiudicium capituli et ecclesie Treuerensis ac patrie destruccionem minime fecisset. Aut enim proprio motu pape huiusmodi translacio facta est, aut ad domini Spirensis supplicacionem et instanciam. Si proprio motu, tunc, cum Romanus pontifex in facto errare posset et in sibi ignoto, ita ex ignorancia facti, quod in dispensacione regiminis et rectoris ecclesie Treuerensis consistit, deceptus providit, cui alias minime providisset, et hec ignorancia ex hiis, que infra ponuntur, luce clarius manifestatur. Si autem ad supplicacionem domini Spirensis et suorum promotorum, procuratorum et sollicitatorum facta est translacio famata, tunc propterea ex falsa et ficta persuasione, qua domino nostro pape pax et salus patrie ecclesie Treuerensis addicta est et firmiter persuasa ex provisione domini Spirensis, translacio invalida
 45 et nulla existit. Nullus enim dubitat papam non ad alium quam ad pacis et salutis Treuerensis ecclesie finem, quemadmodum sua sanctitas sepe promisit, huiusmodi translacionem fecisse; ideo media ad illum finem tendencia ex parte domini Spirensis firmissime, licet mendaciter et fecte, sunt multipliciter persuasa.

16 iuste et rite: rite et iuste *F* iuramentumque: iuramentum quoque P_2 17 multis que *verbessert aus* multisque (*von Vener?*) P_1 foret: forent P_2 tamen precipue: precipue tamen *F* 20 quamquam: quamquam eciam FP_1 22 ac: et *K* prelibato: prefato OP_1 23 equitatis: equitas OP_1 24 deberet: debet P_2 26 est: est in *F* 27 semper — confirmavit: semper prefecit et confirmavit equitate suadente *K* 28 Tamen — relacione: Nichilominus tamen vaga quadam relacione hodie *K* 29 ut — me: de me ut premittitur *K* 30 domino: domino Rabano *K* 31 atque: et *K* 32 nostrum *fehlt F* privatum *verbessert aus* privatam (*von Vener?*) P_1 33 minime: non *K* 35 sanctissimum *fehlt KP_2* 36 et: ac OP_1P_2 37 pape *fehlt FP_2* 39 in(3): ex *K* dispensacione: dispensacionem OP_1 disposicione P_2 40 et: ac OP_1 Treuerensis *fehlt K* cui: cui tunc OP_1 41 manifestatur: manifestabitur OP_1P_2 42 procuratorum *fehlt OP_1P_2* sollicitatorum: suorum sollicitatorum *K* 43 propterea *fehlt P_2* ppa P_1 44 provisione: persuasione *K* 45 pacis: pacem P_1 salutis: salutem P_1 47 sunt: sint *K*

⁵⁾ 1430 V 22. Zu den näheren Umständen s. Meuthen a.a.O. 61–63 und unten Nr. 81 mit Anm.9. — Vgl. dazu noch den Bericht des Deutschordens-Prokurators aus Rom, 1430 V 12 (Forstreuter, Berichte IV 1, 170 Nr. 126), als Nachfolger in Trier seien zwei aus dem Trierer Kapitel gewählt, dach so sein andere bisschoff, dy dornoch steen, als der von Speyr, der bisschoff von Mecz und der herre von Eppenstein. — Die Unkenntnis Ulrichs über die Ernennung war eine Fiktion, da er bei seinem Aufenthalt an der Kurie Rabans Translation natürlich erfahren hatte; doch war er infolge Verzögerung der päpstlichen Bullen noch ohne offizielle Kenntnis, und als die Bullen eintrafen, verhinderte er gewaltsam deren Bekanntgabe in der Erzdiözese und somit auch weiterhin offizielle persönliche Kenntnisnahme. Vgl. Meuthen a.a.O. 61f., 81, 92 und unten Nr. 81.

Similiter ex taciturnitate veritatis, qua expressa animus pape ad transferendum minime motus fuis-
set, huiusmodi translacio nulla merito iudicatur, et propterea littere et bulle, si que desuper confecte
sint, cum suis effectibus et sequelis fuerunt et sunt subrepticie et obrepticie ac nullius roboris
vel momenti, ita quod eis nec in iudicio nec extra fuit aut sit standum aut aliqua fides adhibenda,
nec processus desuper habitū vel habendū eorumque censure et pene, cum eis obediri non debeat neque
conveniat, aliquem potuerunt vel possunt involvere vel ligare.

Tacuit enim domini Spirensis procurator, quod castra, fortalicia, opida, municiones et bona eccle-
sie Treuerensis ad archiepiscopalem mensam spectantia a tempore obitus bone memorie domini Otto-
nis ultimi et immediati archiepiscopi Treuerensis tenta et occupata fuerunt a nobilibus laicis patrie
Treuerensis inibi suffultis potencia seculari, a quorum dicionibus verisimiliter erui non poterant, nisi
per virum nobilem et inibi potentem, qui de illa dyocesi vel saltem de provincia Treuerensi natura-
lem duxisset originem et suffultus esset magna consanguineorum nobilium potencia seculari, et quod,
nisi talis assumeretur ad regimen ecclesie Treuerensis, contingerent desolaciones bonorum et posses-
sionum, nedum maioris ecclesie, sed etiam aliarum ecclesiarum, monasteriorum et subditorum eccle-
sie Treuerensis. Que inconueniencia ipse dominus Spirensis, etiam admissus, tollere et submovere
non posset tamquam vir aliene nacionis, senio confractus, non aliquibus potentibus consanguineis
saltem sufficientibus in patria Treuerensi stipatus, prout etiam experientia docente rapine, incendia,
homicidia et diffidaciones ecclesiarum et depredaciones bonorum ecclesiasticorum in dyocesi Treue-
rensi infallanter contigissent, postquam rumor huiusmodi inutilis translacionis ad Treuerim et loca
vicina devenit, nisi provisum fuisset.

Item fuit et est huiusmodi translacio inutilis ex eo, quod pax et tranquillitas ac animorum sub-
ditorum ecclesie Treuerensis ydemptitas per Romanum pontificem sperate ex huiusmodi translacione
sequi non possunt pro et ex eo, quia principes, comites et barones, illustres et militares ac alii
magnates eiusdem ecclesie vasalli, in quibus absoluta potestas ac secularis potencia et defensio ipsius
patrie consistit, postquam audiverunt rumorem prescripte translacionis, deliberaverunt sibi pocius
principem constituere secularem, quam dominum Spirensis in dominum recipere seu acceptare.

Insuper comites, barones, illustres et alii militares eiusdem ecclesie Treuerensis vasalli verisimiliter
non possent per ipsum dominum Spirensis induci ad faciendum et prestandum sibi homagia et iura-
menta archiepiscopo Treuerensi ratione ecclesie Treuerensis per eos debita neque se tenere feuda
sua ab ipso. Quod si non fieret, cederet in irrecuperabilem dimembracionem et destrucionem eccle-
sie Treuerensis. Idemque dominus Spirensis senio confractus iuxta communem nature cursum ipsi
ecclesie Treuerensi aliquamdiu preesse non valeret, et eo decedente timeretur verisimiliter, quod
ecclesia ipsa Treuerensis ad similia forsan aut maiora gravamina deveniret ac ipsam ecclesiam pro
novi electi confirmacione ob inportabiles Romane curie expensas vicinis repetitis exaccionibus in
suis facultatibus attenuari et se ad defendendum contra inimicos et invasores bonorum ipsius ecclesie
redderet eadem ecclesia minus sufficiens, quod cederet in ipsius ecclesie perpetuum preiudicium
et gravamen, precipue quia antiqua taxa ipsius ecclesie in camera apostolica tempore nove provisionis
exsolvenda famatur ad aliquot milia florenorum de facto augmentata, iuxta quam augmentacionem
dominus Spirensis camere apostolice satisfecit seu se satisfacturum verisimiliter obligavit⁶⁾, quod
etiam cederet in preiudicium et non modicum gravamen ecclesie Treuerensis ac dominorum decani
et capituli, cleri, vasallorum et subditorum ecclesie Treuerensis.

50 nulla merito: merito nulla *K* 51 et obrepticie ac: obrepticie et *K* 52 eis: in eis P_2 aut(2):
vel *F* 54 possunt: possint *K* 55 fortalicia: fortalicia P_2 opida *fehlt* P_2 57 fuerunt: erant *K*
58 inibi — seculari *fehlt* *K* dicionibus: dicionibus ob ecclesie Treuerensis privilegia *K* 60 et
fehlt *K* 62 et *fehlt* OP_1 63 etiam: etiam si *K* 64 nacionis: nacionis et OP_1 65 rapine:
rapinam P_1 67 ad Treuerim et: ad Treuerim ad FP_2 Treueren. ad OP_1 68 devenit: devenerit P_2
69 inutilis: inutilis etiam FP_2 ac: et OP_1 70 sperate: sperati *ms* translacione: translacionis P_1
71 quia: quoniam *K* comites — barones: et — comites *K* comites barones *F* 72 ac: et *K*
73 patrie *fehlt* P_2 sibi pocius: pocius sibi *F* 74 principem — secularem: constituere secularem
principem *K* acceptare: attemptare P_1 75 et: ac P_2 Treuerensis *fehlt* *K* 77 Treuerensi —
Treuerensis: Treuerensis ecclesie *K* 78 dimembracionem: demembracionem P_2 81 forsan
aut: et forsan ad *K* 82 exaccionibus: epaccionibus P_1 84 sufficiens: insufficiens *K*

⁶⁾ Zu dieser, allerdings schon zehn Jahre vorher festgesetzten Erhöhung der Gemeinen Servitien für Trier von 7000 auf 10000 Gulden s. Meuthen a.a.O. 63. Weitere Einzelheiten in Nr. 81 Z. 121 ff.

90 Item tacuit procurator prefati domini Spirensis in translacione predicta impetranda, quod temporibus huiusmodi translacionis et ante magis armis quam legibus et canonibus oportet defensare ecclesiam Treuerensem, et ad hoc idem dominus Spirensis senio concontractus et in dyocesi Treuerensi potentibus consanguineis non sufficienter stipatus non sufficeret, et sic invasiones, rapine et destructiones intollerabiles dicte ecclesie et eius subditis evenirent.

95 Nec est silendum, quod de antiquissimis continue approbatis racionabilibus maxime auctoritatibus et iuri consonis privilegiis tam ab generalis Lateranensis concilii et Romanorum pontificum quam divorum imperatorum auctoritatibus particulariter ex divinis causis sedi archiepiscopali Treuerensi indultis de eo, quod nullus invitus non expetitus aliene dyocesis eidem sedi dandus est archiepiscopus⁷⁾, idem sanctissimus dominus noster papa non fuerit informatus. Et quia huiusmodi indultum equitati, iuri divino et humano sanctionibusque sanctissimorum conciliorum ac decretis sanctorum patrum consonum est et secundum eorundem privilegiorum tenorem absque ulla infraccione hactenus semper suam possessionem usque ad hec tempora sedes Treuerica continuavit, numquam non desideratum vel non expetitum aliene dyocesis admittendo, quis dubitat sanctissimum dominum nostrum, qui semper pacem dare spondit, si hec ad eius noticiam deducta fuissent, contra prefatum indultum et possessionem translacionem domini Spirensis non electi nec expetiti minime fecisse!

105 Et quia premissis veris existentibus, que et vera sunt, clare liquet Romanum pontificem in prescripta translacione, ut famatur, facta fuisse et esse circumventum et eam surrepticie obtentam et sententia Romane sedis non negatur in melius posse commutari, cum autem subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione etatum et temporum seu gravium neccessitatum dispensative quid
110 ordinare decrevit, ac ne in iure michi quesito ex eleccione dampnum paciar aut dispendium aut saltem littere apostolice per eundem dominum Spirensis forsitan extorte vel extorquende me afficere videantur: Ideo de premissis confisus in hiis scriptis meliori forma, via, iure et causa, quibus potero, ab huiusmodi famata translacione domini Spirensis ad ecclesiam Treuerensem necnon a processibus, penis et censuris occasione eiusdem fulminatis et fulminandis ac contentis expressis seu
115 exprimendis in eis necnon a gravaminibus illatis et inferendis ex eis meo ac ecclesie Treuerensis et omnium michi adherencium vel adherere volencium nominibus, contra eciam et adversus dominum Spirensis et sibi adherentes et adhesuros, ad sanctam sedem apostolicam necnon ad sanctissimum dominum nostrum Martinum in negotio predictae translacionis circumventum et male informatum, melius informandum, provoco et appello apostolosque peto ac repeto instantanter, instancius et
120 instantissime et cum debita instancia, si quis sit, qui michi eos dare velit ac possit, me et mea omnesque michi adherentes seu adherere volentes ac omnia sua defensionis, tuicioni, proteccioni dicte sedis apostolice subicio et protestor de hac appellacione mea presenti insinuanda illi et illis, quibus teneor et debeo, necnon de ea prosequenda tempore et loco congruis, debitis et oportunis, aliasque protestor, ut iuris et moris est.⁸⁾

90 prefati — Spirensis: domini Spirensis prefati *K* translacione: translacionem *P*₁ predicta: prefata *K* 91 oportet defensare: defensare oportet *F* 92 Spirensis: Spirensis ut prefatur *P*₂ 92–93 et in dyocesi — stipatus *fehlt P*₂ 95 auctoritatibus: auctoritate *OP*₁ 96 iuri: iura *P*₂ ab: a *OP*₁ concilii: consilii *P*₂ 97 divinis: diversis *in Or.?* Treuerensi *fehlt K* 100 iuri: iure *P*₁ conciliorum: consiliorum *OP*₁ 102 Treuerica: Treuerensis *P*₁ 104 nostrum: nostrum papam *K* spondit: spondit *O* 105 nec: non *K* 106–7 in — translacione: ante prescriptam translacionem *O* 110 decrevit: decreverit *OP*₁ ac: aut *K* paciar aut: paciatur aut *O* paciar seu *K* 111 forsitan *fehlt K* 114 et: ac *P*₁ seu: vel *K* 115 a *fehlt F* 116 vel: et *F* 118 predictae translacionis: dicte translacionis *OP*₁ translacionis predictae *F* 119 ac: et *K* et: ac *P*₁ *fehlt FP*₂ 120 ac: et *K* 121 seu: vel *F* et michi *P*₁ defensionis — proteccioni: defensionis tuicioni et proteccioni *OP*₁*P*₂ defensionis et tuicioni ac proteccioni *F* 122 sedis: sedi *P*₁ presenti: presente *P*₁ insinuanda: insinuanda et intimanda *F* 123 et debeo *fehlt K*.

⁷⁾ Über diese Privilegien s.u. Nr. 85.

⁸⁾ Unter Berufung auf die Wittlicher Appellation appellierte Ulrich 1431 I 20, nachdem der Bischof von Würzburg in päpstlichem Auftrag mit kirchlichen Strafen gegen ihn vorgegangen war, „von dem schlecht unterrichteten an den besser zu unterrichtenden Paps^t“ und, falls dieser die Appellation zurückweisen würde, an das bevorstehende Basler Konzil. Vgl. Mentzen, Trierer Schisma 94, und oben, Vorbemerkung zu Nr. 80, zur Überlieferung *K*. Für die Mitwirkung des *NvK* an diesem Text gibt es kein Indiz.